Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cũ fletu ⁊ lacrimis penitendo ut reciperet codicẽ
suũ. s; n̄ acquiescebat ei abbas dicens. Vade cũ pa
ce fr̄. ecce iã cũ uoluntate mea habeto ipsũ codi
cẽ. Ille aut̄ p̄sistebat cũ lacrimis petendo eum
dicens. quia si n̄ susceperis codicẽ dn̄e pat̄. nullom̄
requiescet anima mea. Post hec recepit codicẽ
suũ. Nam fr̄ ille p̄mansit ap̄ beatum anastasi
um in cella ei⁹. usq; in exitũ uitę suę. De beato piore.

Fuit quidã heremita pior nomine de an
tiquis patrib⁹. quẽ beat⁹ antoni⁹ adolescen
tẽ in sc̄o p̄posito monasterio monachoꝝ i
struit. Demorat⁹ ẽ aut̄ ap̄ beatũ antoni
um annos paucos. Cũq; xx̄ti. v. esset annoꝝ. abiit
ad aliũ secretũ heremi locũ. ut solitari⁹ habi
taret. hoc ⁊ iã uolente ⁊ c̄sentiente beato
antonio. Dixitq; ei sc̄s antoni⁹. Vade pior. ⁊ ha
bita ubi uolueris. ⁊ cũ ibi p̄aliqm̄ racionabilẽ
occasionẽ reuelauerit t̄ dn̄s. uenies ad me.
Cũq; aut̄ p̄uenisset hic ipse pior ad locũ qui
sit⁹ ẽ int̄ nitriã ⁊ heremũ scithii. fodit pute
um. cogitans ap̄ semetipsum. quõ qualẽcũq;
aquã inuenero. oportet me ipsa c̄tentum
esse. Quod ⁊ factũ ẽ ad augm̄tũ uirtutis ei⁹.
talis occasio. Tantũ eni salsa ⁊ amara i uen
ta ẽ aqua. ut siquis ad eũ uisitandi gr̄a ueni
ret. in p̄p̄io uasculo aquã s̄ portaret. Remo
rat⁹ ẽ q̄ in eodẽ loco. annis. xxx. Dicebant
q̄ ei fr̄s ut recederet de loco isto. p̄p̄t ama
ritudinẽ aquę. Ipse aut̄ dixit eis. Si amari
tudinẽ ⁊ laborem abstinentię fugim⁹. ⁊ uolum⁹